

Constitutionum Apostolicarum, ac dicta Civitatis, aliorumque quorumvis Statutorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum, stylosum, usum, & consuetudinum etiam immemorabilium prescripto quam alias quomodocumque, & qualitercumque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet quantumvis magnos, ac formales, & substantiales defectus, si qui in praemissis, vel eorum aliquo principaliter, vel accessorie, aut alias quovis modo intervenerint, seu intervenisse dici, censerit, praetendi, vel intelligi unquam possent, plenissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§.3. Praeterea eosdem supranominatos, sicut praemittitur, aggregatos denuo, quatenus opus sit, memorate Civitatis Firmatae Priores, & Regulares cum assignatione praedictarum Regionum respective, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus creamus, facimus, constituimus, & deputamus, eosdemque ceterorum ejusdem Civitatis Priorum, & Regulatorum numero, & consortio respective favorabiliter aggregamus, & adscribimus; Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, alisque arbitrii nostri poenis omnibus, & singulis, ad quos quovis modo spectat, & in futurum quandocumque spectabit, quatenus supranominatos Priorum, & Regulatorum Magistratibus hujusmodi, sicut praemittitur, aggregatos, eorumque Successores, aggregationis, adscriptionis, imbusolationis, & Regionum assignationis hujusmodi effectu, praesentiumque literarum, commodo pacifice frui sinant, & faciant, eosque respective recognoscant, ac illis favent, pareant, & assistant.

Clausulas apponit.

§.4. Ac decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod praedicti, & alii, quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis, seu alia speciali nota, & expressione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, seu cause, propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificate, & justificate non fuerint, sive ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissime, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensu, aliove quomodolibet, quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, ac in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine si-

milibus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac supranominatis, eorumque Successoribus plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcussae observari; Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis censerit, atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure quaesito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicta Civitatis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, styli, usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis eidem Civitati, ejusque Communitati, & Hominibus, ac Prioribus, ac Regulatoribus, aliisque quibuslibet sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu simili, ac consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum, derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plene, & sufficienter insertis, servatis, & expressis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Novemb 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Dat. die 5. Nov. 1660. An. VI.

CCCXIX.

Confirmatio dispositionis Testamenti Joannis Pizzuli de Regina Bisinianensis, necnon motus proprii Urbani PP. VIII. pro Collegio Fratrum Studentium S. Francisci de Paula in Urbe.

ALE-

ALEXANDER PAPA VII.  
Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Corrector, & Fratres Collegii Sancti Francisci de Paula de Urbe Ordinis Fratrum ejusdem Sancti Francisci Minimorum nuncupatorum, quod dudum quondam Joannes Pizzulus in suo ultimo, sub cuius dispositione ab humanis decessit testamento, mandavit ex suis bonis Collegium Fratrum Studentium dicti Ordinis, qui in Provincia Calabriae Citerioris orti essent, in Urbe praedicta erigi, in quo consanguinei familiae inaternalis ipsius Testatoris de Grillis nuncupate, usque ad quartum gradum inclusive, & post hos orti in Terra Reginae Bisinianensis Diocesis ejusdem Testatoris patriae, ceteris praeferrri, ac successively nati in dicta Provincia Calabriae Citerioris admitti deberent, sub poena caducitatis, & alias prout in eodem testamento uberius dicitur contineri.

Oratorum a censuris absolvit.

§.1. Et subinde erectum fuit praedictum Collegium S. Francisci de Paula in executionem praenarratae dispositionis, quam (ut dicti Exponentes asserunt) fel. rec. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster per quasdam suas, Anno Incarnationis Dominicae 1624. pridie nonas Dec., sub plumbo expeditas, & ejus motu proprio emanatas literas confirmavit, in quibus ordinatum fuit, ut quidam Fratres dicti Ordinis, & signanter dilectus pariter filius Joannes a Regina, & memorata familia de Grillis descendens, & in praedicta Terra Reginae natus, in eodem Collegio locales perpetui essent.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo dispositio dicti Testatoris, necnon praedictae Urbani Praedecessoris literae firmissime, & inviolabiliter de cetero observentur, dicti Exponentes opportune, ut infra, a Nobis provideri summo opere desiderarent: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis.

Confirmat prout in sub.

§.3. Dispositionem dicti Joannis Testatoris, a memorato Urbano Praedecessore, sicut praefertur, confirmatam, necnon praedictas ejusdem Urbani Praedecessoris literas ab illis, ad quos spectat, & in futurum quandocumque spectabit, inviolabiliter observari sub excommunicationis majoris, ac privationis vocis activae, & passivae poenis per contraventores eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis, auctoritate apostolica tenore praesentium mandamus, & praecipimus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, praedictorum Collegii, & Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Nov. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Dat. die 6. Nov. 1660. An. VI.

CCCXX.

Restitutio Jurisdictionis in Capitulum, Dignitates, & Canonicos Comen., eorumque consanguineos, & familiares, Episcopo Comen.

Ex Regest. in Secret. brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Episcopus Comen., quod alias fel. rec. Innocentius Papa X. Praedecessor noster per quasdam suas in forma Brevis literas die 17. Julii 1645. expeditas, dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiae Comen., eorumque Consanguineos, famulos, & familiares tam in civilibus, quam in criminalibus, & mixtis, ac Beneficialibus, & aliis quibuscumque causis active, & passive a jurisdictione dicti Episcopi Comen. exemtit, illosque Venerabili Fratri Episcopo Papien. subjecit.

Supplicatio.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, literae praedictae in maximum non tantum praedicti Episcopi Comen., sed etiam Civitatis, & Populi Comen., necnon Parochorum praedicti Comen. humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignarentur: Nos igitur ipsum Episcopum Comen. specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon dictarum literarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expressum habentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, habita relatione a Ven. etiam Fratre Camillo Episcopo Camerinen. Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositi Secretario, qui partes tam verbo, quam scripto informantes saepius audivit, de illis que coram ipso circa praemissa hinc inde deducta fuerunt, memoratas Innocentii Praedecessoris literas, quibus Capitulum, Dignitates, & Canonici praedictae Cathedralis Ec-

Decretum, praesertim, confirmatur.

cl.

clera Comen., eorumque Conſanguinei, famuli, & familiares a Jurisdictione dicti Episcopi Comen. in omnibus eorum causis tam criminalibus, quam civilibus, & mixtis, ac Beneficialibus pluribus ab hinc annis fuerunt exempti, & Episcopo Papiensi subiecti, earumdemque literarum circa predicta dispositionem auctoritate Apostolica tenore presentium suspendimus, ac pro suspensis haberi volumus, & mandamus, Jurisdictionisque prefate exercitium eidem Episcopo Comen. restituis.

§. 2. Non obstantibus predictis Innocentij Prædecessoris literis, necnon in contrarium allatis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Nov. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Dat. die 10. Nov. 1660. An. VI.

CCCXXI.

Declaratio, quod in septima Constitutione non comprehenduntur legata pro piis operibus incertis relicta.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Præmissum.

DEcet Romanum Pontificem æqui, bonique supremum assertorem in terris a Domino constitutum illa, quæ ex circumſpecta ejus providentia pie, sapienterque processerunt, cum aliorum, quam æquitatis ratio postulet, detorqueri intelligit. opportuna declarationis ministerio ita dilucidare, ut sequioris, & ab ejus intentione defectentis interpretationis occasio cui-libet præcludatur.

Decretum Alexand. VII. referat.

§. 1. Alias siquidem emanarunt a Nobis literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet: Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam. Superni dispositione consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod uni ex illis fieret, sibi factum asseruit, in iis pastoralis officii nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorumdem pauperum, & præsertim per viços, & plateas mendicantium necessitatibus opportune consuli arbitramur. Cum itaque retroactis temporibus felic. rec. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III., & alii forsitan Romani Pontif. Prædecessores nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra cæteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe nostra construeretur, perpendentes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minime iustituras, fabricæ dictæ Basilicæ, seu ejus Collegio inter alias plures gratias, facultates, & privilegia, applicaverant legata pauperibus in genere sine speciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expressis relicta: cumque hujus applicationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legatis sibi relictis privati remaneant, multique pii fideles retrahi, vel

saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, quæ alias in eorumdem pauperum commodum relicta essent; dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in predicta fabricæ utilitatem ob privilegia predicta cessuras. Nos licet ad absolutam fabricæ dictæ Basilicæ terminationem, illiusque ornatum a die nostræ ad summum Apostolatam assumptionis mentem direximus; confidentes nihilominus ejus admirabilem structuram ad optatum fere finem esse perductam, ac proinde longe minorem pecuniarum quantitatem, nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quam de tempore concessionis antedictæ, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam, æquum, & rationi consentaneum esse censuimus, ut sublato privilegii hujusmodi impedimento, Christi pauperes in posterum legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plene, & libere capiant, & consequantur. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, decernimus, & declaramus Legata pauperibus in genere ubicumque locorum relicta, & pro tempore quancumque, & quomodocumque relinquenda non amplius sub legatorum incertorum nomine in beneficium dictæ fabricæ juxta predicta ejus privilegia converti, neque sub ejus facultatibus comprehendi, sed omnia, veluti alia certa pia Legata in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine secundum juris interpretationem comprehenduntur, plene, & integre juxta pias legantium dispositiones cedere, ac istem pauperibus ab hæredibus, aliisque obligatis, & seu a testamentariis executoribus, vel aliis, quibus Legatorum predictorum solutio, seu exequutio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata, sive in pecunia, sive in frumento, pane, vino; aliisque ad humanum usum necessariis consistant, modis, temporibus, ac diebus a testatoribus, seu legantibus præscriptis solvi, & consignari debere. Quod si ob moram, seu negligentiam hæredum, aut executorum, seu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio, & electio, seu alias legatorum exequutio commissa fuerit, eorumdem legatorum solutionem, seu consignationem ultra debitum tempus differri, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commissarii, & Ministri predictæ fabricæ in casibus, in quibus alias præmissorum exequutio de jure, & secundum facultates ejusdem Fabricæ ad eos devolvitur, voluntatem testatorum, & relinquendum legata hujusmodi, ac commodum, & beneficium eorumdem Pauperum dumtaxat, prout servatur in aliis legatis certis, exequantur. Porro quoad legata, pro piis operibus in genere etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum executorum, seu

Decreta v. riorum Pontificum.

seu aliorum specificandis, & declarandis relicta, nullum presentis nostræ constitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimo omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Prædecessores nostros hætenus in præmissis concessa præservamus, in casibus tamen, in quibus Exequutores, seu alii predicti, quibus competit facultas (quam per hujusmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint. Hanc vero constitutionem tam in casibus futuris, & deinceps contingentibus, quam in presentibus, & præteritis, præterquam in eis legatis, & relictis, que hætenus a predicta Fabrica, seu ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiam si super illis in quacumque instantia lis pendeat indecisa, servari, & locum habere volumus, & declaramus: Cæteris autem ejusdem Fabricæ, seu illius Collegii privilegiis, gratis, & facultatibus in iis quæ presentibus non adversantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per presentes illarum, aut illis derogatum esse, seu intelligi, dici, vel censeari posse, sed illas, & illa in suo robore, & firmitate remanere debere decernimus itidem, & declaramus.

Clausula:

§. 2. Decernentes etiam presentes literas, & in illis contenta nullo unquam tempore etiam ex eo quod Economus, & alii Officiales predictæ Fabricæ, cæterique, in præmissis interesse habentes, seu habere, quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, vel auditi, causeque, propter quas eadem presentes emanarunt, adductæ, vel sufficientes, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quovis alio quantumvis substantiali defectu notari, vel ex quocumque alio capite etiam in corpore juris clauso impugnari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illas a peritionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quæpiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed easdem presentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub similibus, vel dissimilibus constitutionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeari, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam quoscumque S. R. E. Collegii predictæ Fabricæ Cardinales, necnon causarum Palatii Apostolici Auditores, & quovis alios quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functionem

ros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon Collegii predicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, gratiis, facultatibus, & literis Apostolicis per predictos, & quovis alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros in favorem ejusdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, & cum quibuscumque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie & alias quomodolibet emanatis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda esset, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat ad effectum præmissorum specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Aug. 1655. Pontificatus nostri Anno I.

§. 2. Cum autem (sicut accepimus) nonnulli exequutores testamentarii ad exequenda diversa legata pro piis operibus incerta relicta deputati, præinsertæ Constitutionis nostræ pretextu illa in commodum Fabricæ predictæ juxta illius privilegia minime converti debere, nec ad illam quovis modo spectare, neque sub ejus facultatibus comprehendi prætendant in maximum ipsius Fabricæ damnum, & præjudicium. Hinc est, quod Nos omnem, que præmissorum occasione enata est, & posthac nasci posset, controversiam, & ambiguitatem tollere, ejusdemque Fabricæ indemnitati consulere cupientes.

§. 3. Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, similibus, constitutionem

Contrariis derogat.

Transumptis fides.

Dat. die 10. Aug. 1655. An. VI.

Motiva.

Decretum præinfertum, confirmat.

nem præinfertam in illis dumtaxat legatis, quæ pauperibus in genere expresse, & explicitè relicta sunt hæcenus, & in futurum relinquuntur, sive per hæredes, sive per executores, vel alios quoscumque veniant distribuenda, locum obtinere, non autem ad alia quæcumque legata pro piis operibus incertis hæcenus relicta, & in posterum quæcumque relinquenda ullatenus porrigi, seu extendi posse, vel debere, tenore præsentium declaramus, ac perpetuo statuimus, & decernimus.

Prævia indulgentia gratia ab aliis Pontificibus concessa confirmat.

§.4. Ac quæcumque privilegia, indulgentia, gratias, & facultates prædictæ Fabricæ, eiusque Congregationis, & Officialibus quibusvis circa applicationes legatorum pro piis operibus incertis (non tamen pauperibus in genere, sicut supra declaratum est) relictorum in commodum, & utilitatem ipsius Fabricæ a prædictis, & aliis quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quovis modo concessa, & concessas, illorum tenores, & datas præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes adversus Constitutionem præinfertam, indeque sequuta quæcumque in integrum, ac pristinum, eumque, in quo, antequam eadem Constitutio emanaret, quomodolibet erant, statum motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine pariter restitimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illaque, quatenus opus sit, revalidamus, ac itidem perpetuo confirmamus, & approbamus.

Decretum irritum.

§.5: Decernentes pariter easdem præfentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam specialis, & individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quovis modo prætendentes, illis non consentiant, nec ad ea vocati, & auditi, neque causa, propter quas ipsæ præfentes emanarunt, sufficienter, aut ullatenus adductæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque quantumvis pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, formali, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas a peritiois oris, Restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, seu gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac prædictæ Fabricæ plenissime suffragari, sicque in præmissis censei, atque ita, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Au-

ditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quæcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac præinfertis nostris literis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Nov. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Contraria tollit.

Transumptis credi mandat.

Dat. die 16. Nov. 1660. An. VI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

CCCXXII.

Confirmatio Decreti Congregationis de Propaganda Fide circa Jurisdictionem Archiepiscopi Sardinien., seu Sophien., & Episcopi Bosnen. in Regulares in concernentibus curam animarum personarum secularium.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias emanavit a Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Decretum. Sacræ Congregationis de Propaganda Fide habitæ sub die 23. Februarii 1660. ad mentem Sanctissimi Domini nostri ex Audientia Secretarii 3. Martii ejusdem Anni: Licet in Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Sacri Concilii Tridentini Decretis expressa sint ea, in quibus Regulares cujusvis Ordinis, non obstantibus quibuscumque eorum privilegiis, potestatibus, & auctoritati Episcoporum subiecti sunt, quia tamen Ecclesiis, & Diocesis sive in titulum, sive in administrationem concessis Archiepiscopo Sardinien., seu Sophien., & Episcopo Bosnen., in quibus ob carentiam Sacerdotum Secularium Regulares Ecclesiis Cathedralibus, & Parochialibus inferviunt, & Cleri vices supplent, ac fortasse, etiam in aliis similibus infidelium Dominio subiectis, sive ex contumacia, sive etiam, ex prædictarum Constitutionum ignorantia, quæ forsitan in locis hujusmodi possent aliquando contingere plurima ex prædictis non sine magno spiritualis regiminis detrimento negliguntur, ecclesiasticæque

Refertur Decretum Congreg. S. R. E. Card. alias emanatum.

Innovat, quæ sequuntur.

etque disciplinæ Ordo perturbatur: Idcirco ne de prædictis in posterum dubitari contingat, & ut eorum Populorum regimen, ad Sacrorum Canonum præscriptum dirigatur.

Innovat, quæ sequuntur.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, S. R. E. Cardinalium negotiis Fidei Propagandæ præpositorum opera pretium esse, duxit, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, Canones, Constitutiones, & Decreta hujusmodi innovare, ac in usum, & observantiam inducere, præcipue vero hæc quæ sequuntur declarare, & quatenus opus sit, de novo statuere, & ordinare.

Regularibus officium Parochi exercere prohibet.

Primo. In iis omnibus, quæ ad curam, seu regimen animarum Personarum Secularium pertinent, Regulares cujusvis Ordinis, atque Instituti præfati Archiepiscopo, & Episcopo respectivè, omnino pareant, & subiecti sint, adeo ut absque eorum licentia, examine, & approbatione in scriptis, vel ante eam obtentam, nullo pacto, aut prætextu audeant se immiscere in administratione Parochialium Sacramentorum, & in audiendis Confessionibus, aut quævis alia exercere, quæ ad prædictam animarum curam pertineant, neve possessionem, aut titulum Parochi, sive Curati, seu facti, seu nomine assumere, & usurpare, quamvis a suis Superioribus, seu Capitulo ad id munus destinati fuerint, sub poena suspensionis, & privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda.

Secundo. Licet præfati Archiepiscopo, & Episcopo quemlibet ipsorum si ex aliqua justa causa, magis in Domino expedire, judicaverint a tali officio, & exercitio Parochiali quæcumque, etiam non elapso tempore, pro quo fuit deputatus, remove, & alium in eius locum subrogare, donec, & quousque fuerit a Provinciali, seu Definitorio destinati alius per ipsummet Episcopum, ut prædictum est approbandus. Et si quis prædictorum Fratrum in hujusmodi administratione deliquerit, aut memoratorum Archiepiscopi, & Episcopi respectivè Ordinationes circa prædicta factas tam in visitatione, quam extra non observaverit, eumdem corrigere, & punire, etiam per censuras ecclesiasticas ad Sacrorum Canonum præscripta.

Tertio. Teneantur ii, qui Parochias, & curam animarum exercent, rudimenta Fidei saltem inter Missarum solemnias docere, debito tempore, ad Synodum singulis diebus Dominicis ab ipso Archiepiscopo, seu Episcopo præscribendis ad Congregationes casuum Conscientiæ accedere, publicisque Processionibus una cum aliis Fratribus interesse; reuentes vero debitis poenis a prænomminatis Præsulibus cogi, compelli que possint.

Quarto. Nulli prorsus ipsorum Fratrum, sive Parochus, sive Superior sit, sub eisdem poenis liceat in dubitationibus, quæ circa Sponsalium, & Matrimoniorum validitatem, & impedimenta emergunt, aliquid in consulto Episcopo, eoque absente, ipsius Vicario statuere, seu decernere nisi Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

nusque Populorum publica vota, Processiones, & similia approbare, & confirmare, aut licentiam impartiri extra Ecclesias ab ipso Episcopo approbatas celebrandi.

Quinto. Valeant præfati Archiepiscopus, & Episcopus respectivè in prædictis omnibus tam personas, quam Ecclesias, earumque Sacra, & Suppellectilia Sacra, libros Parochiales, necnon bona tam mobilia, quam immobilia quæcumque etiam uti Sacræ hujus Congregationis quatenus opus sit delegati visitare, & opportuni juris remediis providere, ut ipsa cura laudabiliter exerceatur, eosdemque Fratres, & quemlibet alium ad onera Missarum adimplenda, & Testamenta, Scripturas, & quæcumque alia ad prædicta onera sive ad Ecclesias, & Parochias spectantia proferendum, & exhibendum compellere, detrahentes vero visitationem, aut prædictis obtemperare canonicis poenis compescere.

Sexto. Teneantur Fratres prædicti Archiepiscopo, & Episcopo respectivè, necnon Famulo, alterique Sacerdoti eis benevisio in eorum Conventibus, ubi residere solent, sive in alio pro temporis opportunitate congruam habitationem, expensaque, & victum subministrare.

Septimo. Liceat item prædicto Archiepiscopo, & Episcopo in propriis Diocesis unum ex prædictis Fratribus eligere, quem magis idoneum in Domino judicaverint, eidemque munus injungere Vicarii Generalis.

Octavo. Cum vero Fratres ex proveniuntibus taxis, & quæsitibus Parochialibus majori saltem ex parte vivant, & contingat aliquando Archiepiscopos, & Episcopos Pastoralis muneris, & tituli intuitu a Turcis vexari eosdem Fratres Sacra Congregatio paterne monet, & quatenus opus sit, præcipit, ut Præsules, & Pastores suos filiali amore, & reverentia in casibus hujusmodi complectentes, omni prorsus studio, & conatu eorum incolumitati, & liberationi incumbant, & charitativum subsidium in eorum subventionem, & redemptionem tribuant, ut unanimi animorum consensu, alter alterius portantes onera dictæ servitutis jugum facilius sustinere, nominisque Christiani hostibus Evangelicæ charitati, & patientiæ exempla præbere queant. Declarat demum Sacra Congregatio per prædicta nihil esse detractum, aut remissum Decretis alias in hac materia tam per ipsammet, quam alias Congregationes, & Sedem Apostolicam latis, quorum observantiam districte præcipit, & prælibatis Archiepiscopo, & Episcopo injungit, ut præter poenas in præfenti Decreto, & in præd. Constitutionibus, ac Decretis adversus contravenientes latis, statim ipsam Sacram Congregationem edocere curent, num Fratres, aut alios quicumque quicquam contra præfata moliri, sive attentare præsumperint, ut efficacioribus remediis reuentes compescere, necnon animarum curam aliorum administrationi demandare possint.

Card. Antonii Præfectus.

P a Cum

Confirmat decretum.

§.2. Cum autem firmiora, & stabiliora sint illa, quibus apostolica confirmationis accedit præsidium: Hinc est, quod Nos præmissorum robori efficacie, & inviolabili observantia consulere cupientes, Decretum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Classulas apponit.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictum Decretum, omniaque, & singula in eo contenta ab illis, ad quos quoquo modo spectat, & in futurum quocumque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, Institutuum, Provinciarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Hospitiorum, Ecclesiarum, & Locorum Regularium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur, & exprimerentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis & adiunctis.

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus exhibitis, vel ostensis.

tur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.  
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Nov. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Die die 27. Nov. 1660. An. VI.

CCCXXIII.

Præceptum DD. Cardinalibus Protectoribus Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe, ut congregentur in Aula Congregationis de Propaganda Fide, ad agendum de rebus ad idem Collegium, & ipsius Alumnos spectantibus, cum interventu moderni, & tempore existentis Secretarii ejusdem Congregationis de Propaganda Fide &c.

Ex Regest. in Secret. Brav.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **U**T Collegii Germanici, atque Hungarici de Urbe negocia maturiori consilio decernantur, ac expediantur, & Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales dicti Collegii apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectores, quibus eisdem directioni præesse incumbit, ea omnia, quæ ad huiusmodi munus pertinent conjunctim, ac certo quodam ordine, & methodo valeant expedire, indeque frequentius ad nostram, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum Successorum nostrorum ea, quæ digniora emerferint, notitiam deducantur, pro commissa Nobis divinitus pastoralis officii cura providere volentes, necnon quarumvis Literarum Apostolicarum, etiam in simili forma Brevis, super memoratorum Cardinalium Protectorum, deputatione, & facultatum illis, seu uniuscujusque respective concessarum impartitione Cedularumque motus proprii super præmissis, aut alias quomodolibet, & quocumque emanatarum tenores, & datas, etiam veriores, & alia quæcumque etiam specialem, & individua expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium præcipimus, & mandamus, ut in posterum præfati Protectores pro prius, & magis præcise, quam hætenus factum fuerit, utantur facultatibus, ac jurisdictione ipsis concessis super regimine, ac directione tam spirituali, quam temporali ejusdem Collegii, eaque de causa statim diebus, ac quoties opus fuerit, simul congregentur in aula Congregationis Venerabilium pariter Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum ad agendum de rebus ad præfatum Collegium, & ipsius Alumnos spectantibus, cum interventu dilecti filii moderni, & pro tempore existentis Secretarii ejusdem Congregationis

Motiva.

Confirmat decretum.

1660.

de Propaganda Fide, per quem ea omnia, quæ decreta fuerint, de more expediantur; ad eorum Decreta quæcumque, aut mandata, quæ aliter quam ad præscriptam formam fuerint deinceps, aut emanaverint, nullius prorsus roboris, ac momenti existant.

Clausula.

§.2. Per eundem vero Secretarium inter acta præfatæ Congregationis de Propaganda Fide inserantur, atque asserventur, & si quid dignum existimatum fuerit, ad Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem deferatur, sicuti de negociis gravioribus memoratæ Congregationis fieri consuevit.

§.3. Decernentes easdem præsentibus, & in eis contenta, quæcumque etiam ex eo, quod præfati, & alii quilibet, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis, etiam specifica, & expressa mentione dignæ existant in præmissis forsitan interesse quoquo modo habentes, aut habere prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi non fuerint, seu causæ, propter quas præsentibus emanarunt adductæ, aut justificatæ, & verificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantunvis justa, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam incogitato, & incogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminum juris reduci seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratia remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quæpiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, eo functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Decretis quibuscumque tam circa facultatem uni dumtaxat ex præfatis Protectoribus concessæ, quam circa alia quæcumque, quæ præsentibus Literis, earumque observantia quoquo modo adferentur, emanatis, necnon supradicti Collegii erectione, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur, & exprimerentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis aliz in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis manu Secretarii dictæ Congregationis, seu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis, seu alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensa.

Transumptis & adiunctis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Dec. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Die die 8. Dec. 1660. An. VI.

CCCXXIV.

Confirmatio Concordiæ super dissolutione Unionis Universitatum Mercatorum, & Fundacium, & de Fondaco de Urbe.

Ex Regest. in Secret. Brav.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Homines Universitatum Mercatorum de Fundaco, & Fundacium, seu Merciariorum, eisque respective annexorum de Urbe, quod Universitas Mercatorum de Fundaco ex una, & Universitas Fundacium, seu Merciariorum, eisque annexorum hujusmodi ex altera partibus, sive illarum respective Deputati unanimiter inter se convenerunt, & concordarunt, ut unio inter easdem Universitates alias stabilita, & per quasdam fere Innocentii Papæ X. Prædecessoris nostri literas in simili forma Brevis die 14. Februarii

Expositio.

rii 1651. expedita confirmata, per quam dictae Universitates in unam redactae fuerunt, dissolvatur, revocatisque literis praedictis, res in pristinum statum cum juribus antiquis reducantur in omnibus, & per omnia perinde, ac si unio hujusmodi nunquam facta fuisset; cum diversis pactis, capitibus, conditionibus, & aliis contentis in scriptura desuper confecta, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum.

Li Mercanti di Fondaco, e li Fondacali, o Merciarì, e loro annessi sono d'accordo, che si tolga l'unione, e si revochi il Breve della felice memoria d'Innocenzo X., che la confermò sotto la data 14. Febbraro 1651. riducendoli le cose all'essere di prima con le Ragioni antiche in tutto, e per tutto, come se non mai fosse stata fatta, ne possa alcuna delle parti allegare però, ne contra cosa alcuna, che si contenga nella medema unione, e Capitoli allora concertati, e la Chiesa di S. Sebastiano rimanga alli Fondacali, o Merciarì come prima.

Resti però ferma la Tassa dell'estinzione del monte del Quattrino, la quale in avvenire si dovrà continuare a pagar continuamente, come si osserva al presente, per la somma di scudi 451. come se unitamente fosse stata da principio imposta ad ambedue l'Università de Mercanti di Fondaco, e Fondacali, o Merciarì, e l'altra Università annessa alli Merciarì, paghino le loro particolari Tasse, come è solito.

Ogn'anno al primo di Novembre si doveranno eleggere due Tassatori, e uno Camarlengo, o Effattore d'essa Tassa, la quale elezione si faccia alternativamente, cioè un anno dalli Mercanti di Fondaco, e nell'altro dalli Fondacali, o Merciarì, cominciandosi dalli Mercanti di Fondaco, e così s'osservi per sempre, e della Tassa, che faranno li sudetti Eletti non si possa richiamare in modo alcuno.

Quello, o quelli, che faranno eletti per Tassatori, o Camarlengi non possano in modo veruno ricusare la Curia sotto pena di scudi 25. da applicarsi alla Chiesa di quell'Università a cui sarà sottoposto il ricusante, e quando tutti rifiutassero, allora l'Emo Sig. Cardinale Camarlengo, o suo Auditore possa, e debba eleggere un Ministro di Dogana, o altri fuori del corpo di esse Università, a suo arbitrio, e a loro rischio, pericolo, e spese con costituirgli Salario da pagarsi prontamente dalle medeme Università, e loro persone particolari, al quale effetto possa usare la Mano Regia senza discussione di causa, ne si attenda alcun richiamo, appellazione, o ricorso, dizione di nullità, restituzione in integro, ne qualunque altro remedio così ordinario come straordinario.

Si lascia ogn'uno nella sua libertà di matricolarli nell'una, o nell'altra Università, onde doppo che sarà spedito il Breve dovrà ciascuno ad istanza delle dette Università, o d'alcuna di esse dichiarare negli atti del Lucarelli Notaro di Camera a quale Università voglia essere sottoposto,

e in quella prender la Patente, la quale per questa volta si darà gratis, libera, e immune d'ogni spesa a quelli, che di già non avessero spedita la Patente di quella Università, alla quale nuovamente vorranno essere aggregati, e debba stimarsi ciascun Mercante di Fondaco, o Fondacale, o Merciaro non secondo la qualità delle robe, che venderà, ma secondo la Patente, che averà spedita, e dove sarà stato ascritto in esecuzione delle presenti determinazioni, non ostante lo stato de Mercanti al Capitolo 173., e qualsiasi altro, che vi sia, o potesse allegarsi in contrario.

L'una, e l'altra parte renuncia a qualsiasi voglia lite mossa in qualunque Tribunale doppo l'unione, e per occasione d'essa, come anche alle sentenze riguardanti la medema unione, e cose contenute in essa, e se ne faccia nel nuovo Breve da spedirsi pienissima estinzione, o suppressione con la remissione, e assoluzione da qualsiasi voglia spesa accettuato però la sentenza data a favore de Mercanti di Fondaco in esecuzione del privilegio concessogli da Urb. VIII. sotto li 12. Gennaro 1643. seu &c. E l'altre promulgate prima dell'unione, le quali nelle cose non contrarie, ne pregiudiciali alle presenti dichiarazioni, restino illese, e nel loro vigore rimanendo parimente salvo alli Merciarì, e loro Università il Moto proprio di Pio IV. sopra le facultà delli loro Consoli, e sede de libri, e altro.

Nel Breve si dia facultà a ciascuna Università di costituirsi uno, o più Consoli, e tutti gli altri Officiali, che stimaranno bisognarsi per il loro buon governo.

Per qualsiasi cosa contenuta nelle presenti Capitoli, e Breve da spedirsi non si intenda fatto pregiudizio alcuno a qualsiasi voglia ragioni della Reverenda Camera, particolarmente quanto alla rescossione della sudetta Tassa, ma possa sempre valersi di qualsiasi voglia modo, che più gli piacerà per esigerla tanto dall'Università, quanto dalli particolari, nè l'Esazione possa mai in qualunque modo essere ritardata, e possa farsi insolidum contro uno di ciascuna Università, quali possano però rivalersi contro gl'altri.

Ita sentio Ego Petrus Franciscus de Rubis Fiscus, & Camera Apostolica Auditor.

Ita sentio Ego Lazarus Odertus.

Ita sentio Ego Ferdinandus Ravilt Reverenda Camera Apostolica Commissarius Generalis.

§.2. Quare dicti Exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut praemissa pro inviolabili eorum observatione, apostolica confirmationis nostrae robore communitè, ac desuper opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovata

date existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon praefatarum Innocentii Praedecessoris literarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso habentes, supplicationibus dictorum Exponentium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, eisdemque Innocentii Praedecessoris literas ex nunc revocantes, & annullantes, concordiam inter praedictos Exponentes, sicut praemittitur, initam, confectamque desuper scripturam praesentibus cum omnibus, & singulis pactis conventionibus, capitulis, & declarationibus, reservationibus, conditionibus, & aliis in illa quovis modo contentis, & expressis, sine ullo tamen praedictio quorumcumque jurium Camerae nostrae Apostolicae quovis modo competentium, & quandocumque competitorum, quibus per praesentes, ac in eis contenta, & inserta quocumque nullatenus prejudicari, aut praedictum esse, vel unquam fore intendimus, idque serio protestamur, & hanc protestationem in principio, medio, & fine, aliave qualibet parte earumdem praesentium repetitam intelligi, nec eas, nisi protestatione hujusmodi salva, valere decernimus, apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiacimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. Praeterea quascumque lites in quovis Tribunali post unionem praefatam, & illius occasione motas, necnon sententias eandem unionem, & contenta in illa concernentes, quas suppressi, & extingui in praedicta concordia conventum reperitur illarum, & cujuslibet earum statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Collitigantium, & alia etiam speciali expressione digna, praesentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis habentes, auctoritate, & tenore praedictis perpetuo suppressimus, & extinguimus, sententiasque hujusmodi cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus, & effectu penitus vacuumus, necnon perpetuum utrique parti desuper silentium imponimus. Postremo cuilibet ex Universitatibus praefatis unum, seu plures Consules, aliosque Officiales, quibus pro bono earum regimine opus esse existimaverint, sibi respective constituendi facultatem, dicta auctoritate earumdem tenore praesentium concedimus, & impertimur.

Decretum praesentium confirmatur.

Claufulas addit.

rae Commissarium, & alios Officiales, & Ministros judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque vis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis praedictarum Universitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice, dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Decem. 1660. Pontificatus nostri Anno VI.

Derogatio contrariorum

Dat. die 22. Dec. 1660. An. VI.

CCCXXV.

Constitutio super numero Vocalium pro Comitibus Generali Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum.

ALEXANDER PAPA VII  
Ad perpetuum rei memoriam.

Ellici, prosperoque regimini, & gubernio Congregationis dilectorum filiorum Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, pro commissa Nobis coelitus Pastoralis officii cura, salubriter, quantum cum Domino possumus, providere cupientes.

Proemium.

§.1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, tenore praesentium statuimus, & decernimus, ut in Capitulo Generali eorumdem Clericorum Regularium Theatinorum jus suffragandi habeant infra scripti dumtaxat, & non alii, videlicet Praepositi Generales, tam pro tempore existentes, quam officio functi: quatuor Consultores, & Procurator Generalis pro tempore ex Provincia Galliae Cisalpinae, quae in primam, & secundam visitationem dividitur: duo Visitatores, tres Praepositi, & tres Vocales pro qualibet Provincia: Praepositi quatuor, & totidem Vocales ex Provincia Neapolitana: Praepositi duo, & Vocales duo ex Provincia Siciliae, dummodo ex hac eligantur duo Visitatores, sicuti ex Provincia Neapolitana, ex Hispania unus, ex Gallia Transalpina unus, & ex Romanis domibus unus.

Numerantur quos in Capitulo Generali jus suffragii habere vult.

§.2. Praepositorum quidem electio ad hunc plane modum fiat. Novembri mense Praepositi ad unam e sua Provinciae domibus a Praeposito Gen., & Consultoribus designandam se conferant. Constituta vero die, quae erit ultima ejusdem Mensis, una

omnes